



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetii, 1562**

Amor Dei in quatuor po[tes]t cognosci.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

CHRISTIANA

Bern. Bernardus. Amore aeterno prouocas, suscitasque ad te amorem nostrum. Augustinus quoque dicit, Amari se exigit, qui omnes amat, quia charitas est. Quod deus amenos quatuor rationibus, in sequenti capitulo cognoscetur. Quintum est, bona quae ex amore dei proueniunt. Requiere hoc in sequentibus.

*Amor Dei in quatuor potest cognosci.*

Primo. In hoc, quod ipse prior dilexit nos, sicut dicit **Ioānes**. In hoc est charitas dei non quasi nos dilexerimus deū, sed quoniam ipse prior dilexit nos.

**Augus.** Vnde Aug. dicit. Docuisti nos amare te, cum tu prior dilexisti nos.

Homo enim prius est amatus, ut diligenter postea diligenteret, in quo multi nolunt imitari eum, nolunt prius amare aliquem, nisi prius ametur ab eo, nec bene facere alicui, nisi prius beneficerit eis. Contra quos dicebat Christus. Si diligitis eos qui uos diligunt, quam mercedem habebitis, nonne & publicani

**Mat. 5.**

V  
provo-  
em no-  
dicit,  
s amat,  
is amer  
equen-  
yuntum  
proue-  
equen-  
otef

INSTITVTO. 30

hoc faciunt. Secundo, in hoc, q  
cum esset immensus, tamen amo  
rem suum posuit in homine, qui  
quasi putredo, & uermis est. Vnde  
Iob dicebat. Quid est homo quia Job, 7.

magnificas eum? Aut quid apponis  
erga eum cor tuum? Similiter &

Dauid dicebat. Domine quid est

homo, quia innotuisti ei, aut filius

hominis, quia reputas eum? Nec

solum uoluit hominem amare, sed

etiam uult ab homine amari sicut di

cit Augustinus. Amat siquidem Deus,

ut ametur, nec aliud uult quam

amari, sciens isto amore beatos esse

qui se amauerint. Idem quoque ait,

Domine quid sum ego, ut me ama

re te iubeas, & nisi hoc faciam ira

sceris mihi, & minaris ingentes mi

serias? in quo pauci uolunt imitari

eum, ut cum ipsis sint origini in per

sonis humilibus amorem suum po

nere nolunt, non attendentes illud

Iacobi. Nonne Deus elegit paupe

res in hoc mundo? &c. Et illud Iaco, 1.

etiam Proverbiorum. Qui despici

at pauperem exprobrat factori eius.

Vnde Ambrosius dicit. Nihil

grauius quam ut fratres nostros

pauperes, superbo oculo despicia

mus, nostra indignos gratia iudican

tes, quia sunt inopes, cum pauper-

C 6.

Augus,

Augus,

Ambr.

ORATIONES CHRISTIANAE

tas sit deo quam thesaurus acceptior.

**Greg.** non sunt ergo (inquit Gregorius) despiciendi pauperes, ut egeni, sed rogandi ut Patroni. Tertio in hoc quod ipse gratis nos dilexit, non propter aliquam suam utilitatem,

**Iob. 35.** sed propter nostram. Vnde Iob dicebat. Si iustè egeris quid donabis ei, aut quid de manu tua accipies?

**Ambr.** Sed sicut dicit Ambrosius. Quid quid a te procedit, in te recurrit, & quicquid fueris tibi proficit. Accep-

ta est tamen deo humilitas nostra, qui amat quod propter se minime querit, & desiderat quod haud indi-

gnos nos amat tanti amoris, & amatoris. Quarto in hoc quod ipse mori pro nobis uoluit. Vnde Ioannes

**x. Io. 3.** dicebat. In hoc est caritas dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit. Ioannes hoc Augustinus

**Augus.** considerans pie meditabatur dices. O bone Pater quantum nos dilexi-

sti, qui proprio filio non perperci-  
sti, sed pro nobis illum tradidisti.

Multum nempe debitores fu-  
mus deo, qui ut seruum

liberaret filium suum  
morti tradi-  
dit.

Amor